Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

unum iuxta basilicam sancti pe
tri apostoli, aliud iuxta late
ranensem ecclesiam fabri
cauit ubi usque hodie lectus
eius quo recubans mo
dulabatur et flagellum eius
quo pueris minabatur cum
antiphonario autentico
ueneratione congrua re
seruatur. In canone apposu
it: Diesque nostros in tua pa
ce disponas, atque ab eterna
dampnatione nos eripi et in
electorum tuorum iubeas grege
numerari. Epytaphium
Tumbe eius. xl.
Tandem beatus gregorius cum sedis
set annis xiii mensibus
vi diebus x et plenus operi
bus bonis migrauit a cor
pore. In cuius tumba hii
uersus scripti sunt. Susci
pe terra tuum corpus de cor
pore sumptum, Reddere quod ua
leas uiuificante deo. Spiritus
astra petit, leti nil iura
nocebunt. Cui uite alti
us mors magis ipsa ui
ta est. Pontificis summi
clauduntur membra sepul
chro. Qui innumeris sem
per uiuit ubique bonis. Flux
erat autem anni ab incar
natione domini sexcenti sex

sub foca imperatore. De eius
successore qui sibi detraxit. xli.
Post mortem beati
gregorii regionem totam
in maxima fames inuasit. Unde
pauperes quos liberaliter gregorius pas
cere solebat ad successorem
suum uenientes dicebant: Do
mine quos pater noster gregorius sole
bat pascere tua sanctitas non
sinat fame perire. Quibus
verbis ipse indignatus semper
talia respondebat: Si gregorius ad
famam sue laudis cunctos po
pulos curauit suscipere nos
autem non possumus pascere, et sic
semper eos uacuos remittebat.
Unde sanctus gregorius ter ei apparuit et
ter blande de sua tenacia
et detractione corripuit, sed ille
de nullo se emendare curauit.
Unde ille quarto apparens terribiliter
illum redarguit et in capite le
taliter percussit. Cuius dolore
uexatus in breui uitam fini
uit. Dum autem predicta fames
instaret quidam inuidi gregorii ce
perunt detrahere, asserentes
quod totum thesaurum ecclesie tanquam
uir prodigus consumpsisset. Unde
ab huius uindictam ad com
burendos libros suos ceterorum
animos inclinauerunt. Quorum
cum quosdam combussissent, iam